

Aduertencias para

communi. Quero deinde, vbi est hoc ius commune? Non est aliud, nisi dicta Clementina. Si igitur dicta Clementina secundum ipsos Dominos Episcopos est vere ius commune respectu quartę funeralis, quare respectu presentationis confessorum regularium erit dicenda priuilegium, & non ius commune, csi in ea non solum statuatur id, quod pertinet ad quartam funeralem, sed etiam id, quod pertinet ad confessariorum presentationem & approbationem.

¶ Tandem tribus aliis viis firmissime probat noster Emanuel hanc eandem sententiam. Primo ex Bartholo in forma hanc mouente questionem: utrum lex de novo instituta deroget priuilegia posita in corpore iuris dicendo, non obstantibus priuilegiis? Et respondeat, quod non: nisi specialiter de ipsis mentionem faciat, etiam si apponat quascunque non obstantias generales. Talia enim priuilegia in corpore iuris inserta iam induunt sibi aliud nobilius nomen. Non etiam solum sunt leges priuate sed etiam leges communes, & generales. Eandem sententiam tenet Paulas de Castro, Felinus, & Nauarro vbi supra, & in Miscela. I. de Presentatione confess.